Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26365
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quod nigrum est et plenum signum est boni-
tatis. si vero vacuum et album signum
est famis et tunc periculosa est eis
comestio. De Conchis.

Conche et coclee sicut dicunt
quod deficiente luna cavan-
tur vel evacuantur omnium in-
clausorum maris animalium atque conchiliorum
ut dicit Ambrosius membra in cremento lu-
ne turgescunt in decremento cavantur.
Coclee sunt margaritifere ut dicit
idem. hee nocturno tempore litora
petentes de celesti rore concipiunt.
unde margarite in sua carne proveniunt.
Solinus. conche certo tempore anni luxuri-
antes concepti sicut rore velud mari-
tum cuius desiderio inhiant et cum maxime
liquatur. Lunaris ymber. concitacione
quadam hauriunt cupitum rorem sicque con-
cipiunt gravideque fiunt et de sanguine qua-
litate reddunt partus unionum. nam si-
clarus fuit quem accipiunt candida orbi-
si turbidum aut pallore languent
aut rubeo innubilant. Itaque magis
de celo quam de mari partus habent. De delfinis.

Delfinorum aliud delfinus
genus est sed forma minori ut
dicit Plinius. Adelfinus bellenis quia tem-
pestate iminente in superficie aquarum
ludunt apparentes sed indicio naute pre-
cognoscunt tempestatis imminere. adeo
vigent agilitate sui corporis quod teste
Solino interdum salientes vela navium
transvolant. Adventant et piscatores
piciunt super [illegible] abulu
fricans [illegible] carni et tunc mare eie-
cit. De cornis maris.

Corni maris a voce dicti sunt
ut dicit Plinius. grunniunt in pectore
suaque voce proditi capiuntur.

Significat autem quosdam impacientes
qui si dissimulant pacienciam
foris in opacitate intus tamen venenum mu-
rant et per hoc sepe laqueis dya-
boli capiuntur. De clauro.

Clarius qui glanis vocatur
qui ut dicit Plinius. ad illius
morsus inescatas hamos
non devorat eos sed despoliando
grassatur. Significat hic piscis eos
qui et si aperte fornicacionis vicium
fugiunt ne forte preventi publicis
iudicio capiantur. tamen in ipsis occultam
eius fornicacionem sicut sunt oscula
confabulaciones illicite et huius-
modi inprudentissime polluuntur.

Echinus. De echino.
piscis est ut dicit Plinius et Ia-
cobus semipedalis tante virtutis
est ut navem adherendo detineat tu-
ant venti seviant procelle tollantur
fluctus navis quasi radicata immob-
ilis stat. non procedere potest non redire
pisciculo eam non tam retinente
quam ei adherente. In hoc concordant
beatus Ambrosius Jacobus Aquensis. Ar-
istoteles et magnus Basilius. Echinus
piscis nulla racione alia est in stupen-
do prodigio nisi quod deus in creaturis
suis mirabilis predicetur et hereticorum
stulticia confundatur qui nil aliud
credere volunt preter comunem nature
cursum. Ex cancrorum genere echini
sunt ut dicit Plinius qui spinas similiter
habent pro pedibus. Comedi non potest
piscis iste quod comestus mortem
infert homini a statu sue disposi-
cionis dissolvendo. Echinus
in medio mari stabilimentum
dat quod non potest dare sibimetipsi